

Lingua alicuius piscis petrificata dilute rubescens cum fibris carnis adhuc rubentibus clarè conspicuis, et hinc verè Glossopetra dicenda, admodum polita, et splendens immorsa matrici durissimè itidem rufescenti, et cum aliis quilibet albis inclusis.



Acumen Gladii piscis Xiphiae. seu Gladii. Ruisch. p. 7. t. 4. Rond. 261. Per Steinertter Spitz des Schwerts eines Schwert-Fisches, Meer-Haubtmans, oder Seeflets. Geln. 60. ex una parte tantillum convexum, et album, ex altera vero planum, et oblongè rufescentè petrificatum.



Hysterolithes, seu Hysteropetra ex utraque parte representatus nigricans. Schwarzhochter Mäuler-Stein ex Hallia, principatu Darmstadtensi etc.



Unguis alicuius avis petrificatus, et adhuc matrici suae immorsus striatus, et cinerei coloris.

Ossiculum quoddam petrificatum è Saxonia prope Quedlinburg adhuc matrici suae immorsum.

